

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Nobili adolescenti, & cum indole honorificentissima praedito, tum in
optimis studijs uersenti, I. R. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

rum paci profuturum, & exemplum uicinos confirmaturum esse. Hæc legas ac dicas Pastori, et ceteris amicis, quorum omnium uotis ac precibus commendari nos et Ecclesiam Deo uolumus. Nunc breuius scribo, quia alia quædam componenda erant. Vult N. & causas nostri consilij sibi mitti. Errant omnino, qui fucosis conciliationibus tolli dissidia in Ecclesia posse existimant. Quia manet bellum ἀπορροῦ inter diabolam & filium Dei, ut scriptū est: Inimicitias ponam inter serpentē & semē mulieris. Oro igitur filium Dei, ut nostras mentes regat & adiuuet. Postquam Augustæ rescuerunt τὸ ἡεφάλαρον τῆς ἀνωσεύους à me reprehensum esse, miserunt ἰκανόθωσιρ, quæ fuit ineptior libro. Hospiti nostro et Fabricio grata fuit tua saluatio, ἡαι ἀπώστραι σε πᾶντες οἱ πᾶρ ἡυῖρ δὲ οὐβᾶς αὐδῆς. Nostris familijs salutem opto. Bene uale. Die 4. Iulij.

Nobili adolescenti, & cū in dolo honorificentissima prædito, tum in optimis studijs uersanti, I. R.

S. D.

Quod meis literis tam amanter respondisti, iucundissimum mihi est. Delector enim amore tuo, et quia indolem & ingenium tuum ad uirtutem natura excitatum probō, & quia te propter singularē benemo-

beneuolentiam uiri optimi patris tui erga me com-
 plecti debeo. Itaq; ualde opto, ut huius meae uolun-
 tatis significationem aliquam ostēdere tibi possim.
 Si nos etiam fortuna coniunxerit, efficiam summo
 studio, ut intelligas & te mihi charissimum esse, &
 me pro uirili conaturum animi gratitudinem patri
 tuo de me præclare merito declarare. Christus te
 seruet, & studia tua gubernet, ad tuam & Reipu-
 blicæ salutem. Meis uerbis honestissimam matro-
 nam matrem tuam reuenter salutato. Vale.

D. Chiliano Goltstein S. D.

Gratulor tibi filium natum: & Christū precor,
 ut seruet te & uniuersam familiā incolumem. Mul-
 te fuerunt causæ, cur sub discessu scholæ domi esse
 cupiebam: sed in his non postrema cura erat de te,
 & Longicampiano. Nuper etiam scripsi de illo 10-
 anni Pomerano. Spero tamen fore ut breui isthuc
 proficiscatur. Seydlero existimo nos rectè prospere-
 sturos esse. Apelles huc misit quendam suum etiam
 amicum: is cras hinc ad equitem quendam ibit, ut
 petat in non in illius Ecclesia: cui cum prospe-
 ctum erit, habeo quò Seydlerum mittam. Sin ille e-
 ques recusauerit Apelli amicū accipere, modò res
 fit integra, & Seydlerum mittam. Si totam Thurin-
 giā perlustrauerimus, iuuari plures poterūt: quàm
 iam possunt, inspectis tantum tribus præfecturis.

γ 3 Vbiq;